



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

5. Notabilia quædam circa pœnas contra Symoniacos inflictas. Et docetur pœnas contra Symoniam confidentialem multas esse; & pro praxi in textu huius Resolutionis adscribuntur septem. Et aduertitur de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

etina Ref. ^{supra}, & aliis. Ratio est ex iuris interpretum axioma-
te, irregularitatem extra casus iure expressos non
incurri: at non myenitur in Sacrorum Canonum
voluminibus eum irregularem esse, qui pecunia
Sacrum ordinem, aut beneficium nundinatur: er-
go, &c.

10. Deinde in Sixti V. Constitutione contra Cleri-
cos male promotos, non habetur nisi sola pena su-
spensionis, qua sola potest Romanus Pontifex exime-
re, ac adiecta admonitione, si post suspensionem hi
male promoti in susceptis Ordinibus ministrare præ-
sumplerint, futuros irregulares: non sunt ergo iure
factoque tales, sed erunt, si excommunicati celebra-
verint, aut suspensi.

RESOL. IV.

An Bulla Sixti V. contra male promotos ad Ordines sit
usu recepta, quoad absolutiorem censuram, & in-
habilitatum?

Et explanantur, quæ pena sint lata in Ordinato simo-
niacæ?

Et an simoniaci occulti suspensio tollitur per penitentiam;
& manifesti per Episcopum post penitentiam? Ex p.
11. u. j. & Milc. j. Rel. 19.

§. 1. Nota, Sixtum V. edidisse Bullam quandam
contra male promotos, quæ incipit *San-
ctum, & salutare*, quam Bullam, etiam Clemens VIII.
ann. 1595. revocaverit, & ad jus commune reduxe-
rit, non tamen quoad penas simoniacorum; imò
potius ibi dixit se velle in suo robore persistere eas
omnes, quæ sunt late contra simoniacæ ordinales, &
ordinatos.

2. Penæ verò late in ordinales simoniacæ sunt,
Prima, excommunicatio ipso facto, habetur in *supra-
dicta Extravagante*. Secunda, suspensio ab executione
suorum ordinum: ita in *supradicta Extravag.* & non so-
lum ejus quem sic suscepit, sed etiam omnium quos
habet: illa enim particula *suorum ordinum*, hoc indi-
care videtur; & ita tenet communis sententia: Greg.
Lop. leg. 11. tit. 17. par. 1. verb. *de dato por derecho*. Man.
Rod. secundo tomo. *summa* cap. 56. num. 6. *verf. el octavo*
Lectus dub. 25. n. 135. & Suar. tit. 5. de cens. disput. 31.
sect. 4. num. 33. quamvis probabilitate non careat; ut
tenent supradicti Doctores, solum extendi suspensio-
nem ad ordinem simoniacæ susceptum, non ad alios
rite susceptos, quia licet Pontifex loquatur in nume-
ro plurali, dicens, *Sint ab executione suorum ordi-
num suspensi*, illa locutio pluralis correspondet plu-
rali locutioni præcedenti; loquebatur enim de om-
nibus, qui ordinati sunt simoniacæ, & de illis sta-
tuit, ut sint à suorum ordinum executione suspen-
si, hoc est, quilibet à suo ordine simoniacæ susce-
pto, & omnes simul à suis ordinibus sic simoniacæ
susceptis.

3. His suppositis, ad dubium propositum in titulo
hujus resolutionis sic respondet Castrus Palas *tom. 3.*
tract. 17. disp. 3. punct. 24. n. 4. Tandem in supradicta
Bulla Sixti V. absolutio harum censurarum, & inhabi-
litarum Pontifici reservatur, simulque revocantur con-
cessionibus, & facultates Religiosis concessæ, & etiam
concessæ Episcopis in *Trident. sess. 24. cap. 6. de reform.*
Existimo tamen hac in parte non esse hanc Bullam re-
ceptam, imò Lectus dub. 24. num. 134. *fin.* ait, hanc
Bullam plenique locis ignorari, ac proinde non esse
usu receptam. Idem indicat Sà *verb. simon. num. 12.*
quatenus ait; simoniaci occulti suspensio tollitur per
penitentiam, & manifesti per Episcopum post peni-
tentiam.

4. Sed contrariam sententiam tenet Pater Tancre-
dus vir doctissimus, amicus meus de relig. *tract. 2.*
lib. 4. disp. 34. n. 6. quia Lectus dicit, Pater hanc con-
stitutionem plerisque locis ignorari, ac proinde non esse
usu receptam, quod verum est ubi ignoratur: at hoc
non infertur alibi non esse usu receptam, Bonacina
ait *quasi. 7. §. 6. num. 11.* sed id in Italia saltem non ad-
mitterem, & Suarius illam esse receptam supponit;
sic ejus doctrina procedit de omnibus censuris occul-
tis, exceptis iis in ordine, ita Sanchez *confil. moral.*
lib. 2. cap. 13. dub. 104. num. 45. & dub. 126. num. 1. &
Filliuc. *cap. 13. num. 38.* Huculque Tancredus, cui
adhæreo.

RESOL. V.

Notabilia quadam circa penas contra simoniacos in-
flictas.

Et docetur penas contra simoniam confidentialem nullas
esse, & pro praxi in textu hujus Resolutionis adscri-
buntur septem.

Et advertitur de penis ipso iure latis nullam esse impos-
itam committentibus simoniam, nisi simonia fuerit
commissa in ingressu Religionis, in ordine, & be-
neficio.

Sed difficultas est, an dicta pena incurvantur ante senten-
tiam prater excommunicationem? Ex p. 11. u. j. &
Milc. j. Rel. 20.

§. 1. Dico primò, quod renunciate beneficia cum tempore
pacto de re aliqua faciendi, aut omittendi, aut
da, quæ iure non inest, est simonia; Est tamen ejus-
modi pactio quamvis simoniaca à penis simoniacæ
rum libera. Sed probatur; nam ut Sylvest. *verb. Simo-
nia quest. 19.* nulla simonia penas juris ipso facto in-
ducit, nisi in ordine, & beneficiis: quia Ecclesia præ-
dictis penis non punit alios, quam qui propriè sunt
Simoniaci, traditione pretij pro re spirituali. At hoc
non accidit, cum simonia est talis tantum jure Eccle-
siastico: vera est ergo pars hæc assertionis, in qua
dicitur, conventiones reciprocas circa spiritualia,
simoniacas quidem esse, à penis tamen, quæ si-
moniam concomitantur, liberas. Et ita hanc senten-
tiam tenet Baunius in *praxi benefic. dispensatione 16.*
quest. 46.

2. Dico secundo, ad eos qui officia Ecclesiastica
sibi pretio comparant, non pertinere has penas, quia
non sunt beneficia, & in penalis verba sumenda
sunt in notione sua propria. Item ab his quoque po-
nis esse liberos, qui beneficia sua auctoritate propria
permutant.

3. Ratio est, quod hic non interveniat propriè di-
cta simonia, cum non detur temporale pro spirituali:
ergo cum penæ restringi debeant, excommunica-
tio, quæ est una de penis quibus jure Ecclesiæ ple-
tuntur propriè dicti simoniaci ad cõpermutantes
beneficia sua auctoritate propria, non se extendit,
cum non sint hi nisi jure Ecclesiæ tales proindeque
impropiè, de cetero tamen Innocentij III. beneficiis
sunt privandi, in quibus facta est permutatio, sic
enim ille, *cap. cum olim 7. de rerum permutat.* conse-
quenter post sententiam, quæ non est necessaria, ubi
reperitur propria simonia, ut patet in *Extravag. ci-
tata.*

4. Item, etiam assero, simoniam, Ecclesiasticam seu
censuram, aut quamvis aliam penam juris non indu-
cere in ordine, beneficio, & Religionis ingressu. Et
ratio est eadem, nempe quod penæ juris eos dum-
taxat afficiant, qui propriè sunt tales, quales punire
Principi placet. At simoniaci simonia juris potius
&

Sup. doctri-
na contenta
in hoc &
seq. §. sup. in
tr. 3. lege
rel. 44.

& Ecclesiastici non sunt nisi improprie tales, cum spirituale, nec vendant, nec emant; unde si quis in conferendis aliis Sacramentis, consecrationibus, dispensationibus, pensionibus vendenda, aut redimenda, conferenda Vicaria temporalis, peccaverit, non contrahet poenam excommunicationis, suspensionis, aut inhabilitatis. Tanner. in 2. disputat. 5. quest. 8. dub. 4. numero 95. sicut nec qui per patronatus preterio distrahit, Sanchez tom. 1. opuscul. lib. 2. cap. 3. dub. 107. num. 3. quia non est beneficium. Vide etiam Lessium lib. 2. cap. 35. dub. 23. num. 30. & Baunium ubi supra, quest. 53.

5. Dico tertio, poenas contra simoniam confidentialem multas esse. Prima est, excommunicatio refervata Papae.

6. Secunda, inhabilitas ad beneficium, in quo est commissio simonia.

7. Tertia, ejus privatio à die commissae confidentiae.

8. Quarta, omnium etiam beneficiorum, pensionum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum privatio, quas confidentiarius iuste ante possidebat.

9. Quinta, inhabilitas ad illas, ita Pius V. Bulla cui initium *Intolerabilis*, quam Navarrus explicat in manual. cap. 23. n. 110.

10. Sexta, quod beneficium quod est receptum cum confidentia, sit devolutum ad Papam, eique refervatum.

11. Ultima, quod presumens beneficia recipere cum confidentia, Cardinales & Episcopi sint ab Ecclesiis ingressu interdicti: qui autem sunt hi inferiores minores Clerici, excommunicantur, ut dictum est antea.

12. Sed difficultas est, an dictae poenae incurrantur ante sententiam? praeter excommunicationem, nullam ex dictis poenis incurri docet Lessius lib. 2. de just. capite 45. dub. 26. Reginald. l. 23. n. 183. Azorius tom. 3. lib. 12. cap. 10. quest. 4. & cap. 21. quest. 12. Suarez lib. 4. de leg. cap. 43. Layman. tract. 10. cap. ult. §. 7. maximè quod id locum habere in privatione beneficiorum, quae possidebantur ante simoniam confidentialem admittimus.

13. Causa est, quod Pius vocem in sua constitutione nullam adhibeat, unde constare queat, poenam hanc locum habere in foro conscientiae ante sententiam, saltem declaratoriam criminis; fructibus quidem, pensionibus, & beneficiis simoniacos privari: sed an iis hoc ipso, & sine sententia excidant, non indicat. Fructibus, inquit, pensionibus, & aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romana Curia, & aliis officiis temporalibus praesentium auctoritate privamus, & ad futura inhabiles decernimus. His autem, id est pensionibus, & beneficiis ante confidentiam obtentis, illos ultro, ac sponte abire oportere, ac non coactos à iudice, quum est impossibile? Sanè Tannerus in 2. disputat. 5. §. 8. dub. 4. Simoniam confidentialem, poenam aliam negat inducere ipso facto, quam excommunicationem, inhabilitatem autem ad alia beneficia, & privationem acquisiti per simoniam in foro conscientiae nequaquam, sed exteriori tantum. Sed contrariam sententiam tenet Flaminius de simonia confidentiali quest. 58. numero 15. Flavius Cherubinus, Bull. constitut. 85. Py V. Scholio 2. & alij. Et hi assentiendum putat Baunius ubi supra §. 56 quoad beneficij privationem acquisiti per confidentiam; nam retinere nemo potest quod non est suum: at beneficia per confidentiam acquisita non sunt acquirentis, cum collationes de iis factas Pius Quintus velit esse nullius momenti, ipsaque vacare, ac dispositioni S. Sedis reservata esse. Idem dici de fructibus debet, quos Camera Apostolica male perceptos applicat. Certum est tamen Cardinales, &

Episcopos, secundum Theaurum 2. par. praxi verb. Simon. cap. 3. non incurtere excommunicationem ex confidentia; quia in Bulla Pij IV. quam Pius Quintus confirmat, ejus nulla fit mentio.

14. Dico quarto, quod confidentia, illicita quidem est, sed non Simoniaca, cum resignans, aut qui ei resignandi est causa, confidit, ac sperat eum cui confert, aut confertur, vel resignari facit beneficium, sibi illud idem resignaturum, aut cui voluerit, sine pacto tamen, aut cum confidit partem fructuum sibi, aut alteri datum iri.

15. Pars prima probatur, quia à cupiditate indebita spes talis oritur; est ergo in sua causa principioque illicita, non est tamen simoniae vitio infecta, quia ibi nulla intervenit pactio, nulla est venditio, quae res tamen sunt ad simoniam necessariae.

16. Sed si pactum de re supradictarum aliqua, intercedit resignantem inter & resignarium, conferentem, & collatarium, aut cum ejus opera beneficium possideri incipit, erit confidentialis simonia, quia pactio omnis legalis adjuncta spiritualibus, quibus natura, aut consuetudine non cohaeret, labem habet simoniae cap. questum 5. de rerum permutatione, cap. de pactis final. ergo, & confidentialis, si talis transactio fluat, aut oriatur à confidentia recipiendi alicujus commodi ex resignatione, collatione, aut procuratorie facta, aut facienda alicui de beneficio.

17. Dixi legalem, quia pactio quae tantum debitum honestatis, fidelitatis, & gratitudinis efficit, quo nempe unum beneficium alio compensatur, non est jure naturali absque ulla obligatione civili, simoniaca, sed sola legalis, quae tantae est efficacia, ut debitum vi ejus coram iudice repeti possit.

18. Et hoc ultimum est valde notandum quod ex Navarro docet Baunius disputat. 16. quest. 57. assert. 2.

19. Dico quinto, conventionalem simoniam maxime mixtam, poenas juris inducere, ac si realis foret. Ita Caietanus in summa verb. simonia, & in 2.2. questione 100. artic. 7. & tractat. de simonia, qui est 9. in 2. tom. opusc. quest. 2. Major in 4. disp. 25. §. 7. Comitoli. resp. l. 4. §. 6. Ratio est; quia in contractu venditionis sit res tradita, aut pretium conventum, etiam si non sit hoc perfolutum, ergo, & in contractu simoniace emptionis.

20. Sed mihi placet opinio contraria. Ita Castrus Palau ubi supra punct. 22. num. 2. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 26. n. 149. Navarrus c. 21. n. 134. Baunius §. 70. & alij.

21. Probatur eo, quod Ecclesia, non alia opera suis legibus puniat, quam, quae sunt in suo genere completa, ac perfecta. At simonia in conventionem mera posita, excepta ea quae confidentia dicitur, non est in suo genere completa, ex Navar c. 23. n. 104. Less. l. 2. cap. 35. dub. 27. n. 149. ergo non punienda poenis simoniae.

22. Confirmatur. In extravag. cum deestabile poenae non statuuntur nisi in eos, qui conventionem facta, quomodolibet dando, vel accipiendo simoniam commiserunt, ergo cum neutrum pura conventionalis simonia habeat, poenis non tenetur simoniacorum propriis.

23. Ex his inferitur ex conventionali, in qua res spiritualis data est ante pretium, poenas Ecclesiasticas nullas incurri. Ita Lessius ubi supra capite 39. numero 143. Henriquez leg. 13. capite 137. numero 3. & alij quos citat & sequitur Baunius, ubi supra, eo quod poenae Ecclesiasticae excommunicationis, & suspensionis non incurrantur, nisi actio prohibita sit completa; ut fatentur Caietanus verb. excommunicatio in princip. Sylvest. verb. poena quest. 5. actio

Sup. hoc inf. rel. seq. §. Non definit. post med. vers. Sexto. & inf. in ref. 7. §. ult. ad med. vers. excipe, & in ref. 8. §. Verum. ad med. vers. ca. tra. & inf. lat. in Ref. 30. & 31. & lege alia Ref. postam. in annot. hujus ult. Ref.

Sup. hoc inf. in §. ult. hujus ref. post med. à vers. Dico secundum. & in ref. seq. §. Non definit. ante med. vers. Tertio. & inf. in §. 7. à princ. & ex Ref. 27. lege ejus latam doct.

actio autem simoniæ non completur, nisi ea, sit realis.

Sup. hoc cu
DD. inf. in
ref. 7. §. 1.
post med. a
verf. Imo
addo.

24. Hinc colligitur, simoniæ conventionalem non fieri realem per chirographum datum ab altera parte contrahentium, de solvendo pretio promisso: quia exhibitio chirographi non est pecunia, sine qua tamen non potest consistere emptio: ergo cum non sit simonia, ubi deest emptio, sequitur per chirographum contrahentium non compleri simoniæ vitium.

25. Et tandem contra Suarez de simonia l. 4. c. 42. n. 2. existimat Baunius supra, sine periculo culpæ teneri potest, cum pœnis Ecclesiæ minimè subiacere, qui pro auris centum, quos collatori pollicitus est, pro beneficio receptio calculos numerat.

26. Ratio est, quod simonia voluntatem emendi postulet, quam iste non habet, sed fallendi.

27. Secundo, deest vera ratio pretij ac valoris: ergo & simoniæ.

Sup. hoc leg.
doctr. Ref.
seq. & Ref. 1.
not. seq. &
aliarum ejus
primæ not.

28. Dico sexto, de pœnis ipso jure latis, affirmandum est nullam esse impositam committentibus simoniam, nisi simonia fuerit commissæ in ingressu Religionis, & in Ordine, & in beneficio, docet Sylva. verb. *simonia*, q. 19. Navarr. c. 23. n. 111. Vgolin tab. 1. c. 12. & tab. 4. c. 3. Lessius l. 2. c. 35. dub. 23. Suarez l. 4. c. 51. n. 5. & alij ab eisdem relati. Ratio hujus conclusionis est, quia neque in decreto, neque in decretalibus invenitur textus imponens ipso jure censuram, vel pœnam aliquam simoniaci, ut rectè expendit Suarez supra. Vide Castrum Palaum tom. 3. de *simon. disp. 3. punct. 21. n. 2. & 3.*

29. Et tandem dico septimo, Iosephum Rocaful. in praxi *Theol. mor. tom. 2. lib. 3. de 7. præcepto Decal. sect. ult. n. 1105.* hæc asserere: Non per quamcumque simoniam incurri pœnas juris, nec esse impositas cuiquamque simoniæ, sed solum juxta probabilior sententiam simoniæ reali, non verò conventionali, vel materiali; neque cuiquamque simoniæ reali latæ sunt pœnæ à jure, sed solum simoniæ in beneficio, in ordine, & ingressu religionis; sed & Sanchez in *opuscul. tom. 2. l. 2. c. 3. dub. 108. n. 3.* censet contra Navarrum pœnas non incurri in simonia jure tantum humano prohibita; præfatio enim extravagantis secundæ loquitur de simonia jure divino & humano prohibita; & sic pœnæ ibi statutæ, sunt de ista simonia intelligendæ: præfatio quippe dat intellectum tot illi, & hanc opinionem censet probabilem Diana 4. præf. 4. ref. 155. ex qua deducit 5. p. præf. 14. ref. 1. cum qui habet jus ad eam, & non in re, dedit pecuniam electori, ne sibi ad eam, & non in re, dedit pecuniam electori, ne sibi da vero est præferret indignum, quantumvis sit simoniacus, non Ref. 41. & incurrere pœnas juris; quia, ut ipse Sanchez dub. 7. aliis eorum n. 6. contra Raphaellem de la Torre probabile tenet, hæc simonia de jure humano tantum est. Hucusque Rocaful. qui postea n. 1110. sic ait; Dico secundò; Si simonia sit conventionalis, secundum nostram sententiam; cum non incurrat pœnas juris, sufficit quod qui accipit pœnas relinquit, qui autem accipiat beneficium non resignet, nec debet resignare. Ita ille & num. 1120. ait: Quod si quis accipit beneficium per simoniam conventionalem, juxta eos, qui dicunt simoniacum conventionalem incurtere pœnas juris, tenetur dimittere beneficium: juxta nos verò qui tenemus non incurtere pœnas juris, non tenetur dimittere; tamen per sententiam judicis est privandus beneficio. Hæc Rocaful.

Ref. 1. citata
in hoc textu
hic est inf.
ref. 8. Secun-
da vero est
Ref. 41. & in
aliis eorum
annotat.

Sup. hoc sup.
in §. Dico
quinto. &
seqq. hujus
act.

RESOL. VI.

An tantum simoniaci in ordine, & beneficio, & ingressu Religionis subdantur pœnis?

Et de aliis pluribus casibus benignioribus circa materiam simoniæ agitur.

Et tandem notatur non esse obligationem restituendi pretium acceptum pro collatione Sacramentorum.

Et supponitur simoniæ non obligare ad restitutionem jure naturali, sed jure positivo. Ex par. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 157.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, unde aliz simoniæ etiam reales & completæ non subdantur pœnis simoniæ, & ita docet Adamus Tannerus in 2. d. *Theol. mor. disp. 5. quest. 8. dub. 4. num. 95.* ubi sic ait: Nal. la simonia inducit pœnas juris ipso facto, nisi in Ordine, beneficiis & Religionis ingressu. Vnde si qui in alio Sacramento conferendis, vel accipiendis in consecrationibus, benedictionibus, dispensationibus, in pensione vendenda & emenda, vel redimenda, in Vicaria temporalis conferenda, simoniam committit, graviter quidem peccabit, non tamen contrahet pœnam excommunicationis, suspensionis, aut inhabilitatis, quod proinde itidem dicendum videtur de permutantibus, sine debita autoritate beneficiis. Ita ille, & ante illum Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 23. n. 130. & novissimè Gordonus in *Theolog. moral. tom. 2. lib. 8. cap. 3. dub. 107. num. 3.* quia non datur alius textus puniens simoniacos, nisi Extravag. 1. & 2. de *simonia*, in quibus supradicti simoniaci tantum puniuntur, hinc præter superius dicta insert Sanchez, quod vendens jus patronatus, licet sit simoniacus, at non est excommunicatus, nec incurrit pœnas simoniaci, quia non est beneficium. Similiter si Canonici Sede vacante conveniunt, ut qui ex ipsis eligeretur Vicarius Capituli, divideret cum reliquis salarium & emolumenta ex officio provenientia, omnes essent simoniaci, non autem excommunicati, quia licet Vicarius sit quid spirituale, non tamen est beneficium.

2. Ex his inferitur non esse audiendum Sotum de *just. lib. 9. quest. 8. art. 2. prope finem*, afferentem omnem simoniacum incurtere excommunicationem, per Extravag. 2. de *simonia*, ibi, qui quemodolibet dando, vel recipiendo, simoniam committit, & infra, in beneficiis & officiis Ecclesiasticis: ergo comprehendit omnem simoniam.

3. Nam respondeo cum Sanchez quod illa verba: quemodolibet dando, vel recipiendo, intelliguntur pro Ordine & beneficio, nam de hac tantum simonia ibi Pontifex loquitur, & sub nomine officiorum Ecclesiasticorum intelliguntur beneficia, ut docent communiter Doctores, quos penes Sanchez habebis.

4. Non desinam tamen hic obiter apponere quæ post discussam materiam de pœnis simoniæ collegit Adamus Tannerus ubi supra in 2. d. *Theol. mor. disp. 5. quest. 8. dub. 4. num. 99.* ubi sic asserit: Ex his quæ de simoniæ pœnis diximus, colliguntur hæc pronuntia- ta ad praxim notabiliora. Primò nullam simoniam inducere pœnas juris (in quibus est etiam penalis re- stitutio accepti) nisi in Ordine, beneficiis & Reli- gionis ingressu, ex probabili sententia. Secundò si- moniam mentalem nec in his quidem ipsis, aut ullis aliis casibus ullam pœnam juris incurtere, ex communi- ni. Tertiò ex probabili, neque simoniam conventionalem, excepta confidentiali inducere ipso facto il- las pœnas juris positivi. Quartò ex probabili, neque si- moniam realem obligare ad restituendum spirituale in simoniæ acceptum, præterquam beneficium. Quintò tandem simoniam (præter excommunicationem in pro- Ordine & beneficiis, & suspensionem in Ordine) in supradictis casibus obligare quidem ad restituendum